



4369 tabulae marmoreae marginatae, crass. 0,052 fragmenta duo. *b* rep. presso l' edificio delle pistrine. Est in repositis musei Ostiensis; *a* est sub templo magno in repositis.



Descripti; composui ectypis usus. *b* Calza Not. d. sc. 1914 p. 254.

Videtur pertinere ad M. Aurelium: [imp. Caesari M.] Aur[el]io | [Antonino Aug.,] divi Antonini | [f., divi Hadriani nep., divi Tr]aiani Parthic(i) | [pron., divi Nervae abn.].


4370 fragmentum marmoreum, etiam a tergo fractum. Superficies inscripta *a* est 0,28, l. 0,21. Exstat sub templo magno in repositis.



Descripti. Calza Not. d. sc. 1927 p. 396 n. 32.

Titulus videtur pertinere ad M. Aurelium; offendit autem, quod Marcus, quantum adhuc scimus, non amplius decies imperator acclamatus est. Lectionem v. 4 certam esse mihi scripsit Calza, qui mea causa iterum contulit. Fortasse erravit lapicida; accedit enim, quod Marcus post mortem fratris (a. 169, quo anno erat imp. V) non amplius voluit appellari *Armeniacus Parthicus Medicus* (vit. c. 12), quamquam ea nomina etiam postea passim inveniuntur in titulis ei positis; v. quae Dessau adnotavit Inscr. Lat. sel. 370. — Cf. fragmentum quod sequitur.


4371 fragmentum marmoreum, etiam a tergo fractum. Superficies inscripta *a* est 0,345, l. 0,145. Exstat sub templo magno in repositis.



Descripti. Calza Not. d. sc. 1927 p. 396 n. 33.

Et lapis et titulus specie similis est ei qui praecedit; num vero ambo fragmenta ad eundem cippum pertineant, mihi dubium est. Certe hoc fragmentum pertinere posse mihi videtur ad Marcum et Faustinam eius. — 5 in. fuit fortasse E vel F; sed lineola inferior incerta est.


4372 fragmentum tabulae marmoreae crass. ca. 0,25; spatium, quod ex superficie inscripta superest, a. 0,35, l. 0,23. Rep. tra la via dei molini e il foro; est ibidem collocatum ad viam primariam, venienti a foro a sinistra.



Descripti. Vagliari Not. d. sc. 1913 p. 352 n. 4.

Lapis similis iis qui praecedunt; appareat titulum pertinere ad Marcum aut Verum.


4373 tabulae marmoreae crass. 0,028 pars sinistra ipsa in duas fracta, infra et a sin. mutilata, a parte dextra recta linea desecta. Litterae altae, non ita bonae, graciles. Rep. decumano, nei pressi della via dei molini. Exstat in repositis musei Ostiensis.



Descripti. Vagliari Not. d. sc. 1913 p. 214 n. 4.

Pertinetne ad M. Antoninum Pii filium an ad Antoninum Severi filium, incertus sum.


4374 tabulae di giallo crass. ca. 0,03, litteris bonis inscriptae fragmenta tria, quorum unum (*b*) ipsum quoque in quattuor partes fractum est. Rep. nel vano dietro il terzo del lato meridionale del piccolo mercato. *a b* vidi in repositis musei Ostiensis.



Descripti *a b*. Vagliari Not. d. sc. 1912 p. 132 n. 1. 2.

*a* 2 fin. H[adriani]? — *b* 4 in. P. editio; ego vidi hastam simplicem, iuxta laesuram. Et quoniam non potest fuisse pontifici maximo, cum indicatio tribuniciae potestatis nimis longe absit, nescio an fuerit Parthici maximi fratri. Quod si recte conieci, titulus pertinet ad M. Aurelium aut ad L. Verum. — *b* 3 -TER editio. Dedi quod vidi; ante T interpunctionem cognoscere mihi videbar.

4375 tabula marmorea a tribus partibus fracta, a. 0,34, l. ca. 0,255, cr. 0,027-0,038. Est in horreis Epagathianis.



Descripti. Calza Not. d. sc. 1923 p. 444, qui supplevit.

Titulus Pio imperante positus est ei qui postea Verus appellatus cum Marco imperavit; vix pertinet ad M. Aurelium (cf. notam Dessavii Inscr. Lat. sel. 353). — 5 videntur fuisse nomina dedicantium. — 6 fin. r an r, incertum.

4376 [= Eph. VII 1204] basis marmorea. Spatium scripturae destinatum a. 0,595, l. 0,745; litt. a. 0,067-0,028. Rep. in statione vigilum, ubi exstat.

I M P · C A E S A R  
D I V I · A N T O N I N I F I L I O · D I V I · H A  
D R I A N I · N E P · D I V I · T R A I A N I · P A R  
T H I C I · P R O N E P · D I V I · N E R V A E · A B · N sic  
5 L · A V R E L I O · V E R O · A V G · T R I B · P O T · II a. p. Chr. 162  
C O S · II  
C O H O R T E S · VII · V I G ·

Contuli. Dessau l. l. ad exemplum Huelsen. Lanciani Not. d. sc. 1889 p. 75. — Cf. supra n. 4368 et p. 610.